

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Wallbrunn, Ludwig Carl Wilhelm Gustav von]: Societatem Latinam
Marchiam Salutavit

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Societatem
Latinam Marchiam

salutavit

L. L. B. de Wallbrunn

XI Junii

1782

13 April 1782

3667. III Valuer

617

Sozialen
Lohnen & Ansehen
Friedrich
L. v. B. v. M.
K. J. 1785

hinc cetera
non natu
fruct, in
rum hom
his efec
hominem
refticium,
pset at
nunc d
plum h
tus etolle
penangula
intelligenti
abus fenfu
tibus ad
Uis ipfu
tque ra
tatis effe
rubi atq
cautiore

Inter cetera quibus Dei bonitas huma-
 nam naturam ornavit atque instituit in-
 struxit, innumera bona. eminent oratio; qua
 demum homo, ab inferioris generis animan-
 tibus discerneretur. Atque reliqua ad eo frustra
 in hominem collata forent, nisi hoc maximum
 beneficium, supremus conditor rerum addi-
 disse ut sermone idem uteretur. Atque vel
 maxime ad miraculo ea cognitio, quae po-
 tissimum humanam mentem praecae ceteris na-
 turis extollit paratur et amplificatur. Nam
 perangusta foret et nimis circumscripta
 intelligentia nostra humana, si unice in
 rebus sensui subjectis, tota haereret, neque
 altius ad generatioris notiones efferri posset.
 Illud ipsum vero sermonis usum requirit.
 Atque ratio etiam, prorsus homini in-
 utilis esset, nisi valeret ea quae colligit,
 verbis atque signis, comprehendere et
 enuntiare. Quinimmo inferior homo ob

incertam sibi rationem, putaretur, si cogi-
 tata eloquendi et significandi facultate ca-
 rendum esset. Id quod videre licet, vel, in
 suis qui muti nascuntur. Quanto per enim
 arbitramur hos miseros desolari, ubi quae, vol-
 vult animo communicare cum aliis et appropin-
 queunt. Infinitum autem est quod possit
 oratio apud homines efficere. Nam praeter
 ea quae in universum vitae hominum, ac
 societati adfert commoda, in maximis re-
 bus quae inter homines geruntur, mira quae-
 dam illius vis et efficacia cernitur. Ip-
 Imperatores veterioris aetatis, haud raro fa-
 cundia defuit eloquentiae viribus, plus
 etiam profecisse atque armis, documentaba-
 bemus apud auctores, qui res gestas eorum
 commemorant. Hoc velut praesidio ute-
 bantur saepe magistratus ad civilia bella
 reprimenda, seditiones, tumultus atrocia cer-
 tamina dirimenda et concitatissimos animo,

rum motus sedandos. Ex compluribus aliis
 vel unicum iam adferre libet Ciceronis ex-
 emplum. Is profecto in Catilinae conjuratione
 quae excidium Romae minabatur, ingenii
 pariter et eloquentiae viribus adjutus, urbem
 ab interitu liberavit. In principum aulis
 iusta et in castris plurimum valet oratio.
 Eaque omnino regina rerum habeatur. Quum
 vero tanta sit orationis utilitas atque po-
 testas maximam in ipsius cultu operam
 collocare fas est. Sed ex omnibus, quae
 nunc mortuae vocantur, linguis romana
 imprimis magnum fructum pollicetur. Neque
 eruditi nomen caecit in eum, qui illius
 expers est. Exstant etiam nunc doctissi-
 morum hominum opera eo sermone
 scripta, quae qui omnino legere nequit,
 quanta voluptate privabitur? Vel unius
 Taciti monumenta, immensae Doctrinae

copia et varietate referta et mira pulchritu-
 dine atque elegantia distincta, unumquemque
 in eius linguae studium trahere necesse
 est. Inprimis que eius lectionis fructus ad
 nos spectat; quoniam hic praeclarissimus auc-
 tor, mores resque Teutonicae gentis accurate
 descripsit. Est porro romana lingua velut
 eloquentiae fons. Tulit enim et Roma
 principes, in eloquentia, viros. Quae
 quum ita sint summa ope niti deet ut
 nos quoque amplioem eiusdem linguae
 facultatem consequamur.

Ego vero in omni liberalis doctrinae genere
 hisque potissimum, disciplinis quibus ad
 humanitatem animus efformatur proficere
 magnopere cupio. Idque me quam facillime
 time, VESTRO exemplo VESTRA
 consuetudine et arctiori conjunctione, con-
 secuturum spero, Iamque impetrato a
 VOBIS hoc beneficio, ut conventibus

vestris interesse mihi liceat, reputans quid
meorum partium sit, nihil antiquius esse,
video, sinuata gratiarum actione. TIBI
igitur **S DIRECTOR** gravissime
pro benevolentiae tuae insigni documento,
atque vobis etiam **COLLEGI** ornatissimi
pro ista voluntatis Vestrae erga me testifi-
catione, **obstrictissimum me profiteor.**
Simul spondeo, omnem me operam datu-
rum, ut quem tam benigne fructum mihi
ex hoc sodalitate destinastis, **ita largiter**
percipiam; atque sic demum gratias,
quas ego aliter via vobis persolvere possum,
referre videar.

623

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

ad d